



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

VIII. Markgraf Ludwig macht der Kalandsgilde in Bernau und in Teltow gewisse Hebungen zum Geschenk, am 6. Dezember 1347.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

VIII. Markgraf Ludwig macht der Kalandsgilde in Bernau und in Teltow gewisse Hebungen zum Geschenk, am 6. Dezember 1347.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob honorem omnipotentis dei gloriose genitricis sue virginis marie animarum predecessorum nostrorum, nostre, heredum seu successorum nostrorum salutare remedium, intendentes, ut diuinus cultus magis deinceps augeatur, appropriauimus et appropriamus per presentes discretis viris kalendarum fratribus in bernowe presentibus et futuris in caulstorp I chorom filiginis, I chorom auene, I chorom ordei, cum V solidis denariorum annuorum reddituum sitorum super curiam, quam colit Jo. langerwicho sic, quod premissi redditus ad ipsos perpetue debebunt sine impedimento quolibet pertinere. Renunciantes sollempniter omni iuri et actioni, quod vel que nobis heredibus et successoribus nostris in predicto censu competunt aut competere poterunt in futurum. In cuius etc. Testes Lochner, haffo senior, pet. de bredowe, grifenberg, wolf, Gruvelhut cum ceteris. Datum Berlyn, anno XLVII<sup>o</sup>, die sancti Nycolai.

Et alia appropriatio fratribus kalendarum in Teltowe sub eadem forma super IIII mansos in opidi teltowe metis sitos. Datum per omnia et testes ut proxime supra.

Nach dem Copialbuche Markgr. Ludwig I., betr. die Vogtei Barmm Nr. 34 u. 36.

IX. Probst Gerwinus zu Bernau bekundet, die Sühne wegen der Tödtung seines Vorgängers von den Städten Berlin und Cöln erhalten zu haben, am 18. August 1347.

Nos Gerwinus, dei gratia Prepositus ecclesie Bernouensis, Brandenburgensis diocesis, publice recognoscimus et presentibus sponte profitemur, Quod honorabiles viri, Consules et Opidani opidorum Berlyn et Colne dicte Brandinborgensis diocesis, pro se et uniuersitatibus dictorum opidorum nobis et ecclesie nostre Bernouensi predictae Emendam fecerunt et plene satis fecerunt de miserabili morte et interfectione quondam Domini Nycolai, Prepositi ecclesie Bernouensis predictae in dicto opido Berlyn nuper cremati et interempti, ipsamque Emendam recepimus et in vsus nostros et ecclesie nostre conuertimus. Et ideo dictos consules et uniuersitates vtriusque opidi nostro et dicte ecclesie Bernouensis nomine quitamus et absoluius in hiis scriptis ab omni impetitione, nobis vel successoribus nostris competente occasione mortis supradicte, et opida ipsa in quantum nos et dictam ecclesiam Bernouensem contingit, totaliter dimittimus quietam et solutam. In cuius quitationis testimonium sigilla, nostrum videlicet et prepositure nostre, presentibus diximus appendenda. Presentibus honorabilibus viris et dominis Theodorico preposito Berenwoldensi, Conrado Preposito Lyuenwoldensi, Heyfone vicepreposito Berlynensi, Wilhelmo preposito Sanctimonialium in Spandow. Nec non ydoneis viris Johanne Vkrou, Reynekino de Golz, Hinrico Wittem, Hinrico Grundal, Hinrico Pasche, Celkino, Bethekino Botyl iuniore, et Thoma futuro ciuibus et Consulibus in dicta Bernow testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et nos antedictus prepositus nostra sigilla, nos vero antedicti consules Bernouensis sigillum civitatis nostre majus ad instanciam dicti Domini Gerwini tunc prepositi Ber-